Quam Collateralis adversus talem insimulatum, aut denunciatum inquisitio per committendas eatenus Magistratuales Personas fuerit per acta, ac Processum Magistratu exhibita. Ex quali inquisitione si omnino pateat Apostasiae crimini insimulata S. Fidem Catholicam Professos nunquam fuisse, tales in Judicium haud citentur, quod ipsum ad servandam eatenus uniformitatem per totum Regnum publicari, quemadmodum altefata Sua Mattas benigne iussit, ita Consilium hoc Regium Locumtenentiale praemissa Praetitulatis quoque Dominationibus vestris pro debita illorum deinceps observatione praesentibus intimandum habuit. Datum etc.

Mandatum hoc in Congregatione Comitatus Pestiensis publicatum est die 10a Januarij Anno 1750.

Copia Mandati Regii die 23a Martij 1751 exhibiti: de visitatione dioecesanorum, et subalternorum.

Maria Theresia Dei Gratia Romanorum Imperatrix, ac Hungariae Bohemiae Dalmatiae Croatiae Slavoniaeque Regina Archidux Austriae, Dux Burgundiae Brabantiae, Stiriae Carinthiae, et Carniolae, Comes Habspurgi Flandriae Tirolis, Goritiae etc. Fidelibus nostris Universis, et singulis Reverendis, Honorabilibus, Spectabilibus, ac Magnificis Magnificis, item egregiis, et Nobilibus Supremis, et Vice Comitibus, Judicibus Nobilium, et Juratis Assessoribus, totiusque Universitatis Quorumcunque Comitatuum Praefectis Castellanis Provisoribus Officialibus, ipsorumque vices gerentibus, Civitatum practerea Oppidorum, et Villarum, ac aliarum quorumvis locorum Magistris Civium Judicibus Senatoribus Juratis Civitatibus et Communitatibus, Ecclesiarum quarumcunque et Templorum Parochis, Aedituis, et inspectoribus, Universis etiam aliis cujuscunque statu-

status, gradus honoris, dignitatis et conditionis hominibus ubi-
cunque constitutis et existentibus, signanter vero Dioecesi Ma-
gno Varadiensi in Spiritualibus subjacentibus. Praesentes
Nostras visuris Lecturis aut Legi audituris salutem &
Gratiam. Quum fidelis noster Nobis sincere dilectus
Reverendus Spectabilis ac Magnificus Paulus For-
gáts de Gemes Episcopus Varadiensis, et Cottus Bihari-
ensis Supremus Comes, nec non Consiliarius Noster
intimus, universas et quaslibet Ecclesias, Templa, et
Parochias in praefata Dioecesi Magno Varadiensi
existentes ex incumbente sibi munere penes beni-
gnam praesentem Commissionem nostram Medio
Canonici nunc dictae Ecclesiae et Archidiaconi
Cathedralis seu Bihariensis Honorabilis quippe
Francisci Ujjvári Abbatis B. Mariae Virginis
de Bihar visitare, in iisdemque siqui abusus ne-
dio tempore irrepsissent eosdem abrogare et omni-
modas salutares animarumque curae proficuas dispo-
sitiones facere cupiat: Nos nos hoc ipsum saluta-
re ipsius opus promotum esse volentes, et nunc
Gloriae Dei augmentum propagationem qua Zela-
tos, harum serie vobis quibus supra Universis
firmiter praecipientes committimus et manda-
mus, ut dum et quando praememoratus Abbas
cum praesentibus benignis Patentalibus litteris
Nostris ad peragendam praefatarum Ecclesiarum
Templorum, et Parochiarum in antelata Magno Va-
radiensi Dioecesi existentium Visitationem
vestri

Vestri, in medium aut ad vos pervenerit, vosque aut Vestrum
aliquem cum eisdem convenerit. Et tunc Vos
Catholicam quidem Religionem Profitentes
indiscriminatim, et absolute ac inliminate,
Augustanae vero et Helveticae Confessioni
addicti, et signanter horum Ministri in hoc
duntaxat, num iidem rite suos batizent? seu
ad ratide baptizandum sufficienter sint
instructi? ipsum Abbatem non tantum in hoc
officio visitationis, et dispositionis rite exe-
quendo nullatenus turbare, impedire mo-
lestare, aut aditum ad Parochias, Ecclesias Tem-
pla capellas universas et quaslibet prae-
cludere praesumatis, et audeatis modo aliquali,
quin Oratoriis et Capellis nonobstante modalitate quacum
reseratis liberum ad easdem, eadem et eidem
Abbati accessum, libros atque clenodia orna-
menta et quaevis eorum bona iidem praesentare
Ecclesiae provenientes detegere, ac indicare, ipsique
Abbati Archidiacono ac hominibus ejusdem,
sicut bonos et pios Christianos decet, reveren-
ter, omni favore, ope et auxilio assistere
praestoque adesse imo hospitalitatis etiam
studia exhibere debeatis, et teneamini Prae-
sentes exhibenti Restitutis. Datum in Archi-
ducali Civitate nostra Vienna Austriae die 23 Febr. 1751.

Maria Theresia m.p. Comes Leo. de Nadasd.

And. Moritz m.p. Ex Generali Comitatus
Bihariensis Congregatione die 29 Maii
In oppido Varad Olaszi celebrata 1752.

Extradatur per ordinarium Comitatus Juratum Notarium
Ladislaum Hegyi de eadem m.p.